

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationum// Roberti Bel-/Iarmini Politiani,// Societatis
Iesv// De Controversiis// Christianae Fidei, Adver-/sus
huius temporis Haereticos,// Tomus ...**

De Sacramento Evcharistiæ - Sex Libris Explicata

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1589]

VD16 B 1603

XXXIX. Compendium argumentorum, quæ sumuntur ex Patribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54113)

262 Cap. XXXIX. De Sacram. Euchar. Lib. II.
transmutationem panis in corpus Christi. Videturum
Bibliothecæ sanctorum Patrum.

In ætate denique XV I. exstat testimonium Concilij
ralis Tridentini sess. 13. Exstat etiam Græcorum perpicuum
testimonium, in censura, quam ante paucos annos edidem
ad Confessionem Lutheranorum. Nam cap. 10. eius confes-
sionis disertis verbis affirmat panem per consecrationem verum con-
uerti in ipsum verum Christi corpus. Habemus igitur con-
fessionem Catholicæ doctrinæ per omnes ætates Ecclesiæ
non solum in Occidente, sed etiam in Oriente.

CAPVT XXXIX.
*Compendium argumentorum, quæ sumuntur
Patribus.*

Si quis velit ad classes reducere argumenta omnia
ex quibus probamus, quid Patres locis iam datus
à nobis citatis, de hoc Sacramento senserint, pe-
terit ad sex classes omnia reuocare.

PRIMA erit ex modo loquendi Patrum de hoc Sacra-
mento. Utuntur enim veteres Patres vocabulis quibusdam, aq-
ibus Sacramentarij nostri valde abhorrent; quod certe non
facerent, si cum Patribus in sententia conuenirent. Nam So-
cramentarij vix unquam aliter Eucharistiam appellant, quia
symbola corporis, & sanguinis Domini. At veteres omnes pri-
mum appellant, corpus & sanguinem Domini, quod non te-
ciunt, cum de aliis signis loquuntur. Præterea vocant pre-
ciosum corpus, tremenda mysteria, pignus salutis, precium no-
strum. Vide Optatum, Chrysostomum, Ephrem, Augustinum,
& alios. Denique Damascenus, Thcophylactus, Euthymius,
Paschasius, & alij, disertis verbis dicunt non figuram esse, sed
ipsum verum corpus.

SECUNDA erit ex comparatione huius Sacramenti cum
aliis rebus: ac PRIMO cum Sacrementis Hebraeorum. Patres
enim palam affirmare non timent, differre hoc Sacra-
mentum à Manna, agno Paschali, pane propositionis, & similiis
rebus, ut veritatem à figuris, & corpus ab umbra, & rem cele-
stem, diuinam, & inconsumptibilem à re terrena, & con-
sumptibili. Vide Origenem, Cyprianum, Ambrosium, Hieronimum,
Chrysostomum, Augustinum, Cyrillum Alexandrinum.

Sectio

S E C V N D O comparant cum mysterio Incarnationis, ut Iustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus, Gelasius, Remigius, Damascenus. **T E R T I O** cōparat Chrysostomus Christum, ut est in altari per Eucharistiam, cum eodem Christo in præsepi, & cum Christo in cœlo. **Q U A R T O** comparat Augustinus Christum in Eucharistia, cum Angelis apparentibus in forma corporali. **Q V I N T O** comparant Tertullianus, Cyprianus, Basilius, & alij, indignè tractātes Eucharistiam cum illis, qui Christum occiderunt.

T E R T I A classis sumitur ex mutatione panis; nam indicant Patres realem mutationem fieri multis modis. **P R I M O**, quia dicunt, non remanere panem post mutationem, ut Cyrillus Hierosolymitanus, Ambrosius, Gaudentius, Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, Emissenus. **S E C V N D O** dicunt, sensus falli in hac re: vt iidem auctores, & præterea Hilarius, & Epiphanius. **T E R T I O** dicunt, sic mutari panem in carnē, vt mutabatur per nutritionem Christo comedente, ut Nyssenus, Damascenus, & Theophylactus. **Q U A R T O** comparant cum realibus mutationibus aquæ in vinum, virgarum in serpentibus, & similibus. Vide Ambrosium, Cyrillum Hierosolymitanum, Cyrillum Alexandrinum, Augustinum, Emissenū, Damascenum. **Q V I N T O** dicunt, ad istam mutationē requiri omnipotentiam Dei; Iustinus, Irenæus, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Nyssenus, Gaudentius, Proclus, & alij.

Q U A R T A classis sumitur ex mysterio altissimo, quod Patres in Eucharistia agnoscebant. Nam **P R I M O** dicebant, non posse intelligi sine fide, ut Andreas Apostolus, Ephrem, Gaudentius, Augustinus, Damascenus. **S E C V N D O** hortabantur sæpe ad fidem certam, & ad non dubitandum de veritate humanus mysterij; ut Hilarius, Cyrillus Hierosolymitanus, Ambrosius, Nazianzenus, Epiphanius, Ephrem, Gaudentius, Chrysostomus, Emissenus, Cyrillus Alexandrinus. **T E R T I O** dicebant, miraculum esse superans humanum captum; Ephrem, Chrysostomus, Augustinus, Gaudentius, Ischius. **Q U A R T O** non loquebantur de eo coram ethnicis, & catechumenis, nisi teste, vt illis verbis: *Nōrunt fideles*. Vide Tertullianum, Origenem, Chrysostomum, Augustinum, Theodoretum. **Q V I N T O** interrogantes, Quomodo potest fieri? remittebat ad omnipotentiam; ut Cyrillus Alexandrinus, Euthymius, Theophylactus, & alij.

QVINTA classis sumitur ex veneracione. Nam PRIMO adorabant Eucharistiam. Vide Cyrillum Hierosolymitanum, Ambrosum, Nazianzenum, Chrysostomum, Augustinum, Theodoretum. SECUNDO inuocabant, vel inuocandabant. Vide Dionysium Areopagitam, Origenem, Nazianzenum, & Chrysostomum. TERTIO diligenter cauebantur caderet in terram. Vide Pium Papam, Tertullianum, Origenem, Cyrillum Hierosolymitanum, Augustinum. QUARTO non permittebant videri ab infidelibus, vel catechumenis. Vide Basilium, & Augustinum. QUINTO asserabant, Angelos astare prope altare dum peragitur sacrificium, Ambrosius, Chrysostomus, Gregorius Papa: ex quibus Chrysostomus aperte dicit, Angelos capite inclinato astare coram Eucharistia.

SEXTA classis sumitur ex effectu, quem tribuunt Eucharistiae. Nam PRIMO dicunt nobis per eam vniuersitatem corporaliter; Hilarius, Nyssenus, Chrysostomus, Cyrillus Hierosolymitanus, & Cyrillus Alexandrinus. SECUNDO dicunt, nostra corpora resurrectura, quia vniuentur cum Christi corpore; Concilium Nicenum, Irenaeus, Hilarius, Ambrosius, Optatus, Nyssenus, Gaudentius, Chrysostomus, Cyrillus. TERTIO dicit Chrysostomus, donare Christum tenetis per Eucharistiam, ut eum vere habeamus intra nos, quomodo cupiunt, & non possunt donare se homines illi, quoniam. QUARTO dicunt, Chrysostomus, & Cyrillus Alexandrinus, & alij, coniungi Christum nobiscum, non solum personam, & charitatem, sed etiam re ipsa, cum eum in Eucharistia percipimus. QUINTO dicunt, per huius sacramenti perceptionem, nos fieri diuinæ confortes naturæ, ut Cyrillus Hierosolymitanus, & alij.



LIBER